

A tabatur, uir corpore atq; animo iuxta ualidus: q̄ post inter pugiles palmas, ad philosophiæ studia migravit, sectaq; Antisthenis & Cratetis atq; ipsius Diogenis secutus, inter cynicos nō incelebris habebat. Sed Euangelus postq̄ coetū tantum assurgentē sibi ingressus offendit, casus ne, inq̄t, hos om̄es ad te Prætextate contraxit, an altius quiddā, cui remotis arbitris opus sit, cogitaturi ex disposito cōuenistis? Qd̄ si ita est ut existimo, abibo potius, q̄ me uestris miscebo secretis, à q̄bus me amouebit uoluntas, licet fortuna fecisset irruere. Tum Vectius, q̄uis ad om̄em patientiā constanter animi tranquillitate firmus esset, nō nihil tñ consultatione tam proterua motus, si aut me (inquit) Euāgele, aut hæc innocentiae lumina cogitasses, nullū inter nos tale secretū opinareris, qd̄ non uel tibi, uel & uulgo fieri dilucidum posset: q̄a neq; ego sum immemor, nec horū

B quenq̄ inscium credo sancti illius p̄cepti philosophiæ: Sic loquendū esse cū hominibus, tanq̄ dii audiāt: sic loquēdum cum dijs, tanq̄ homines audiant. Cuius sc̄da pars sancit, ne qd̄ à dijs petamus, qd̄ uelle nos indecorū sit hominibus cōfiteri. Nos uero, ut et honorē sacris ferijs haberemus, & uitaremus tamē torporem feriādi, atq; otium in negotiū utile uerteremus, cōuenimus, diē totum doctis fabulis uelut ex symbolo cōferendis daturi. Nam si p̄ sacra solennia riuos deducere religio nulla prohibet, si salubri fluuio mersare oues fas & iura permittunt, cur non religionis honor putet̄, dicare sacris diebus sacrū studium literarū? Sed q̄a uos quoq; deorū aliq̄s nobis additos uoluit, facite, si uolentibus uobis erit, diem cōmunibus & fabulis & epulis exigamus, quibus ut oēs hodie qui p̄sentes sunt acquiescant, impetratū teneo. Tunc ille: Superuenire fabulis

C non euocatos, haud equidē turpe existimat̄: uerū spontē irruere in conuiuium alijs p̄paratum, nec ab Homero sine nota, uel in fratre memoratū est. Et uide ne nimium arrogāter tres tibi uelis Menelaos cōtigisse, cum illi tāto regi unus euenerit. Tum om̄es Prætextatū iuuātes orare, blādēq; ad commune inuitare consortium: Euāgelum q̄dem sæpius & maxime, sed nonnunq̄ & cum eo pariter ingressos. Inter hæc Euāgelus petitu om̄ium temperatus, M. Varronis, inquit, librum uobis arbitror non ignotū ex satyris Menippeis, qui inscribitur: Nescis quid uesp̄ serus uehat, in quo conuiuarū numerū hac lege definit, ut neque minor q̄ Gratiarū sit, neq; q̄ Musarū numerosior. Hic uideo excepto rege cōuiuū, tot uos esse quot sunt musæ. Quid ergo p̄fecto numero quæritis adiciēdos? Et Vectius: Hoc, inq̄t, præsentia uestra nobis p̄stabit, ut & musas impleamus & Gratias, quas ad festum deorū om̄ium principis æquum est cōuenire. Quum igitur consedissent, Horus Auienum intuēs, quem familiarius frequentare solitus erat: In hoc, inquit, Saturni cultu, quem deorū principem dicitis, ritus uidetur ab Aegyptiorū religiosissima gente, in arcana templorū, usq; ad Alexandri Macedonis occasum defuisse: post quem tyrannide Ptolemæorum pressi, hos quoq; deos in cultum recipere, Alexandrinorū more, apud q̄s præcipue colebantur, coacti sunt. Ita tamen imperio paruerunt, ut non om̄ino religionis suæ obseruata cōfunderent. Nam quia nunq; fas fuit Aegyptijs, pecudibus aut sanguine, sed precibus & thure solo placare deos, his autē duobus aduenis hostiæ erant ex more maētādæ, fana eorum extra pomœrium locauerunt, ut & illi sacrificij solenni sibi cruore colerent̄, nec tamē urbana templa pecudum

g cudum

Gell. li. 13. cap.
 II. de numero
 conuiuarum.